



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē**

**Barbosa, Agostinho**

**Lipsiæ, 1697**

Cap. LI. De alieno meo & tuo v. infra de altero.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

## VII.

Contraria allegans non auditur. *l. 1. C. de furt. ubi gl. l. Titia 100. de C. & D.*

Excipe nisi adversarius unum ex contrariis voluerit acceptare. *Bald. in l. cum precum 9. C. de lib. causa.*

## VIII.

Propriam turpitudinem allegans non auditur, *vid. de hoc axioma loc. de Turpitudine.*

## IX.

Auctores sunt allegandi & suis citandi nominibus. *l. 2. §. 10. 20. l. 3. §. 10. 20. C. de V. I. & eleganter & apprimè ad scopum nostrum Henricus Cornelius Agrippa ad Johan. Fab. Stapulensem lib. 2. Epist. 30. Ex elegantissimo tuo libello de Tribus & uno, longo ornatissimoque sermone notato, decerptas propositiones meo more brevissimas redegei: non quod ex laboribus tuis laudem mihi venarer.*

## X.

ALLEGATIO partis non facit jus, *cap. dilectus 34. de preben. gloss. magna. vers. die tertio, in l. 1. C. quando non petent. partes. gloss. verb. non post multum, in c. 2. de his que fiunt à Prælati. Palat. in repet. rubr. de donation. inter virum & uxorem. §. 17. num. 22. & 23. Roman. consil. 191. Venerabilis. n. 4. Felin. in cap. 1. n. 18. de constit. Genzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 7. n. 107.*

## XI.

ALLEGARE nihil, & allegatum non probare, paria sunt, (*vid. infra de probat. axiom. 23.*) Roland. à Valle *consil. 35. n. 10. & n. 20. lib. 1. Card. Tusch. prætic. conclus. 117. num. 19.* Id enim quod quis allegare tenetur, debet probare, *Osafch. Pedem. decis. 50. n. 12. in fin. Baldus in q. de schism. n. 2. post. tit. de edicto D. Adri. tollend. sufficit tamen aliquando probatio præsumtiva.*

## CAP. LI.

De Alieno meo & tuo  
v. infra de altero.

## Axioma. I.

Alienum negotium ratione habitatione sit meum. *l. 6. §. Item quæritur. 9. de Negot. gest.*

## II.

Non concedunt Impp. aliquem alienas res vel possessiones per suam auctoritatem usurpare. *l. 7. de vi priv. l. extat. 13. quod metus*

*causa. Ratio, quia singulis permittendum non est, quod per magistratum publice potest fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. l. 176. de R. I.*

Excipe nisi speciali pacto ita convenierit per clausulam fortè executivam mit oder ohne Recht *l. 3. C. de pign. & hyp. ubi Richard. & l. pen. C. de pig. act.*

## III.

Alienis negotiis impudenter quis se ingerit. *l. ult. C. de apparit. Procons. & Leg. lib. 12. imò eo ipso suspectus redditur. l. 25. de procurat. v. infr. Ingestio.*

## IV.

Suo potius, quam alieno nomine quilibet gessisse censetur, *l. 4. de solut. Bart. in l. Imperator 70. §. si centum 1. ff. de leg. 2.*

## V.

Alieno odio nemo debet prægavari. *l. si quis suo 33. legis. 1. C. de inoff. test. auth. multo magis. C. de SS. Eccles. E. g. Delictum unius heredis non nocet aliis. l. ult. de SC. Silan.*

## VI.

Alienis in rebus nemo quidquam contra domini voluntatem facere vel pacisci potest. *l. fin. C. de paci.*

## VII.

Aliena libido neminem polluit. *c. ita ne aliquem 3. causa 32. q. 5.*

## VIII.

Alieno facto jus alterius non mutatur. Fundamentum in *l. in cause cognit. 27. de procurat. l. 1. de al. jud. mut causa. adeo ut nec à iudice tolli possit. l. sepe 63. ff. de re jud. nec interpretando lædi d. l. in cause cognitione. 27. de procuratoribus.*

Excipe nisi jus alienum faciamus melius: id enim permittum est. *l. solvendo 39. ff. de N. G.*

## IX.

Aliena conscientia à nemine potest cognosci. *l. 2. C. Quand. sciscus vel priv.*

## X.

Aliena concupiscere nemo debet. *l. si concupiscerit 4. C. Fin. reg.*

## XI.

Aliena appetens à suis cadere redditibus meretur. *l. ult. C. de Locat.*

## CAP. LI.

## De Alienatione, &amp; rebus alienabilibus.

## Axioma I.

Omnis alienatio rei, quæ sua natura non est alienabilis, inutilis est.

Ad